



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 16. Michaelis Baji fatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

banensis Episcopus renuntiatus est. **Sæcul. XVI.**  
 Tandem Romæ die sexta, vel juxta **A.C. 1589.**  
 aliorum sententiam, septima Octobris  
 hoc anno, ætatis suæ septuagesimo  
 sexto mortalitatem exuit in Ecclesia  
 sanctæ Mariæ Majoris sepultus. Scri-  
 psit quædam opuscula, atque inter alia  
 decisiones Rotæ Romanæ, & gallica-  
 rum rerum commentarium: insuper po-  
 steris reliquit epistolas ad Fridericum  
 Nauseam, aliasque eruditos Viros scri-  
 ptas, necnon Constitutiones, & de-  
 creta circa Lanificii officinam a Sixto V.  
 Romæ erectam, præter varias oratio-  
 nes, & tractatum nondum typis impref-  
 sum de Legati Officio, qui Codex Ro-  
 mæ in Jelitarum Bibliotheca asser-  
 vatur.

### §. XVI.

#### *Michaelis Baji fatum.*

Post controversias inter Jesuitas, & **Miræus**  
 utramque Facultatem Lovaniens-<sup>e log. p. 34.</sup>  
 sem, & Duacensem motas Michael Ba-<sup>Valer. Bibl.</sup>  
 jus Doctor nonnisi exiguo temporis spa-<sup>Belg. Ba-</sup>  
 tio vita superstes fuit; decessit enim hoc  
 anno die decima sexta Septembris se-  
 ptuaginta septem annos natus, post-  
 quam per quindecim annos Facultatis  
 Decanus, & per quadraginta omnino  
 Theologiam publice professus erat.  
 Sepultus is est Lovanii in Collegio Pon-  
 tificio,

Sæcul. XVI. tificio, cuius Rector, seu Præses per  
A.C. 1589. triginta novem annos existit: porro  
 Joannes Bernarius Mechliniensis Juris-  
 consultus defunctum oratione funebri  
 honorabat.

## §. XVII.

*Joannis Stephani Durantii ex-  
 trema.*

*Thuan. l. 95.  
 Dupin. Bibl.  
 Sæc. XVI.  
 part. 4.  
 pag. 414.* Priusquam Michael Bajus decederet,  
 Joannes Stephanus Durantius pri-  
 mus Tolosani Senatus Præses obiit, die  
 decima Februarii Tolosæ anno ætatis  
 suæ quinquagesimo sexto trucidatus,  
 prout ante meminimus. Hic vix an-  
 num decimum septimum egressus, jam-  
 jam cum ingenti applausu Caussidicum  
 agebat, ac per plures annos cum æ-  
 quali felicitatis successu hoc munus  
 obibat, postea in Tolosana Curia Ad-  
 vocatus Generalis, ac demum primus  
 Præses renuntiatus. Verum temporum  
 iniquitate plurimis jactabatur adversis;  
 quippe fœderatis, qui in Occidania nu-  
 mero præstabant, ac Tolosæ firmam  
 sedem figebant, sese cum aliis oppone-  
 bat. Ceterum hic idem, omni tamen ra-  
 tione destitutus, se Guilielmo Duratio  
 Mimatenſi Episcopo, qui latino suo tra-  
 statu de divinis Officiis adeo celebrem  
 sese reddidit, sanguine junctum esse  
 jactitabat: imo referunt nonnulli, quod  
 Stepha-